

me cum otiares unice memini oblectatum. Accedit quod  
 apud humanissimum quemque audeo maxime inhumani esse,  
 ut peccandi licentiam ipsa solet arcessere bonorum clementia,  
 quam severitas alibi et supercilium non admittant; Vide  
 quam industriè malus et ingratus sim, ingero culpa  
 dolum, et me ipse criminis speciosè reum facio. Postquam  
 verò in culpas et reatum incidimus, dic tu, sedes, homo dei  
 quâ fiducia, quod Puteano exprobratum fuit, Lipsii peccatum  
 peccas, medios illos inter Westphalos, quorum manibus non  
 dum nosti quando sis elapsurus? Nimirum publica autori-  
 tatis tantum tibi affricas, ut veram dicendi potestatem, au-  
 deas eo loci vindicare quo mentiendi plenipotentiam invi-  
 cem sibi suisque pacti sunt Reges Terræ. Faustum sit ac  
 foelix quod intristi. Ego tamen illam libertatem domi potius  
 quam foris usurpem, et meamet hujus argumenti hic epistola  
 sim, ubi nec intercipi metuum nec argui valde curem.  
 At in pacem arbitrat universalem omnia vos conjicit, et  
 quæ Batavos Hispaniæ conciliaturæ est, etiam offensas West-  
 phalos delimituram creditis. Agite, proinde, quod agitis, et  
 finem tandem imponite gravissimæ omnium, quotquot  
 fuerit, tractatum, aut sane futuri sunt. Si satis sic rogatus  
 sum, audi me serio rescribentem, de tribusculis inter  
 Legatos nostros quæ attingit, nihil mihi inauditum. neque  
 id hercule factum velim, ut quæ se Galli olim deridiculos  
 præbuerit, etiam gentis et Reipublicæ nostræ gravitas im-  
 pingat. Quod superest Vir Amplissimo reducem te optamus  
 votis X. votis XX. et ego, ecce, hic ut soleo, interrumpor, ut  
 vis hoc liceat decenter addere, valeas athleticè bene Ecclesiæ  
 et amicorum, quos inter, quod et me recenseas pluri facie,  
 quam hic exponi possit. Scrib: Haga Com: Pridie Cal:  
 Jun: CIOIXCLVI. Integerrimè tuis.

D. Vautier  
 Archiatro Regio  
 Parisiis.

(392)  
 Magnis me nominibus obstrictum habes, Vir Excellentissime,  
 qui tot gravibus avocamentis, quæ te discerpunt decidere  
 libens voluisti, quod sufficeret consolando homini ex te  
 virtutum quidem tuarum calido aestimatori, et amicitiam  
 tamen tuam nullis modis premerito. Quod si verè Philoso-  
 phus pronunciarit, reddere beneficium qui libenter debet,  
 ecce gratissimè animi resseram: ecce cui imperes reciproca  
 libertate, si quid est quæ me tibi tuisque demonstrando  
 parem



parem judicaveris, quantum tibi et quam libenter debeas,  
quæ ad oculorum meorum imbecillitates et vitia doctè  
tu, prudenter, et cordatè disseris, conabor huic corpusculi  
applicare, quantum sors mea et Reipublicæ administra-  
tioni fuerit. Quæ ad calcem de solutione suffusionum adji-  
cillita hydrargyri dudum præstita, mercurio autem ducè  
deinceps tentanda, fateor magnopere acere sperem et  
expectationem meam, quas ut expleas quanto citius, et  
primà quâque datâ occasione etiam te atque etiam  
rogo Vir summe

Locheren 6. Augusti 1646.

Devotissimus humani tati-  
tud.

Isaaci Hollandi nihil in manus meas  
incidet quod non protinus transmissurus  
sum. Investigabo autem assidue  
ecquid operum Animalium et Vegetabilium  
integra volumina ullibi terrarum extant  
quod hactenus fando tantum compertum habes.  
Scribo in Castris Locherensibus. Non: Sext: CIDICXLVI.

Puteano.

Bruxellam septenariam Vir summe, cujus mentionem  
facis in literis ad XII. Kal. Aug. datis, plane hactenus  
non vidi. neque facile ignosco, qui quis ille sit motu-  
lium, qui quid a me Puteanicum ausus est divertere.  
Dolo, sine negligentia. si investigari adhuc potest. quod  
ne pereat inter indignas manus, quod ego, ut tuas  
ambabus avidè amplectar. Quæ in gratiam Pasto-  
ri H. Horchdens adscripsisti. Serenissimo Principi meam  
meam sedulo significari. si forte beneficium ex parte  
daturo adimplere voluerit, quod rogari mei verbum  
et præcipue tuis. Amas me illustrissimum sacrum  
decus, et vale. In Castris ad S. Egid. XI. Kal. Sept.  
CIDICXLVI.

Addictissimus tibi.

C. H.

Barlaeo.

C. Hugeniis  
C. Barlaeo. S. P.

Nescis quam inter has ingratis turbas, grates fuerit  
literæ tuæ, quas ante biduum e manu Fulis accepi,  
suavissimi